

Christo, sub eius imperio Petro rege in Montison et in Osca, in Aragone et in Pampilonia, Aldefonso fratre regis in Biele et in Bail et in Ardenes, senior Scemeno Garceiç in Montisone, episcopo Petro in Osca, alio episcopo Petro in Irunia, Pontio episcopo in Rota et in Montisone, senior Fertunio Dat in Calasanz, senior Fertunio Fortiç in Lavata et in Nocito, senior Galindo Dat in Lavata et in Securun, Eximino abbate in Ihesu Nazareno de Montearagone, et Sancio Garceiç de Aranna prior in Siressa.

Et ego Iohannes, qui hanc cartam scripsi et de manu mea hoc [*signo*] feci signum.

1100 agosto 28

23

*Doña Blasquita de Biniés se entrega con sus bienes a San Pedro de Siresa en el caso de que muriese en esa tierra; si muriese en la peregrinación, que su cuerpo no lo pudiesen trasladar.*

BN, ms. 746, fol. 119-120, nº. 9, copia del siglo XVII.

In Dei nomine et eius gratia. Hec est carta quam facio domna Blasquita de Bernies, filia de seniore Eneco Lopiz et de domna Orotota, de illis terris et vineis que dedi Deo et beato Petro de Siresa et canonicis Deo ibidem servientibus, pro remedio animarum // etcetera. Cum his omnibus supradictis trado corpus et animam meam Deo et beato Petro de Siresa, si in hac terra evenerit dies obitus mei; quod si in peregrinatione autem tali loco evenerit dies obitus meis, ut huc corpus meum non possit aferri.

Sanum et firmum permaneat, nec nepos, nec aliquid parentela propinquitate advenctus habeat partem vel possit dirumpere hanc cartam.

Facta carta V kalendas setembris, era Ma. Ca. XXXa. VIIIa.

1101 marzo

24

*Pedro I, rey de Aragón y Pamplona, con el consentimiento del abad y los canónigos de Montearagón y los de San Pedro de Siresa, hace ingenuación de la sayonía que debían los vecinos de Berdún a San Pedro de Siresa.*

AHN, *San Juan de la Peña*, carp. 710, núm. 1, original.

Ed. UBIETO, *Colección diplomática de Pedro I de Aragón*, núm. 49.

In Dei nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Hec est carta quam facio ego Petrus Sangiz, Dei gratia rex, simul cum voluntate et cum consilio de vos abate don Eximino de Ihesu Nazareno de Monte aragone et de Sancto Petro de Siresa et cum consilio de omni congregatione canonicorum Ihesu Nazarani et de Sancto Petro de Siresa, ad vos totos homines de Berdúne, quia donastis uno bono et grande campo in ripa de Berale ad Sancto Petro de Siresa. Ingenuo vobis illa saionía quam debetis facere ad Sancto Petro de Siresa, quod sedeatis inde ingenuos vos et vestros filios et omnis generacio vel posteritas vestra, per secula cuncta.

[*Signo de Pedro I en caracteres arábigos*].

Facta carta in era T<sup>a</sup>. C<sup>a</sup>. XXX<sup>a</sup>. VIII<sup>a</sup>., in mense marcio, me Dei gratia regnante in Aragone et Pampilona et in Superárvi vel Ripacúrcia, episcopus domnus Stephanus in sede Osca, domnus Petrus episcopus in Irúnia, episcopus domnus Poncius in Barbastro; vos autem abbate domno Eximino in Monte aragone et in Siresa et in Fanlo, senior Fortunio Lopez in Luar, senior Eximino Garcez in Monteson.

Ego García, sub iusione domni mei regis, hanc cartam scripsi et hoc signum [*signo*] feci.

